



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

XXVII. De organo gustus, & tactus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

Non satis-
facit.

generantur. Verum hæc omnia minime satisfi-
cunt, fingit enim nos immediate à sole calefieri,
tunc planè ex vi actionis illius calorem sentire-
mus, non quidem hærentem nobis, tum propter
rationes pro conclusione adductas, tum quia ad
solem applicari maiorem sentimus calorem, quam
fit in corpore: nam à sole dimoti minorem senti-
mus: cum tamen totus perficitur, qui hæreat cor-
pori. Ad obiectionem igitur dico sentiri ipsammet
Solis virtutem calefactiuam, vt vicem caloris sub-
stituit, quod sic explico: nam virtus illa produciendo
calorem in nobis, producit etiam in tactu inten-
tionales species eiusdem rationis cum ijs, quas ip-
se calor ignis produceret: sic ergo à nobis Soli ex-
positi sentiuntur calor, quæ tamen ratione supra
ostendimus visum aliquando intueri sub ratione
coloris, id quod verè coloratum non est, habet ta-
men virtutem ad coloris species producendas.
Vnde sicut ea visione fallimur, si non corrigamur
intellectu, ita tactu illo labemur iudicando solem
calere, si non succurrat intellectus.

5.
2. *Affectio*
*probat*ur 1.

Ex his sequitur secunda conclusio. Sensus, tactus, & gustus immutantur a suis obiectis per species intentionales. Probatur primò : quoniam hi sensus qualitates extrinsecas sensibilibus cognoscunt : ergo recipiunt ab illis similitudines ad cognoscendum. Secundo arguitur speciatim de gustu, nam vt percipiat saporem, immutari ab illo debet, non immutatur autem materialiter à sapore ipso, vt ostensum est: ergo immutatur intentionaliter. Tertiò arguitur similiter de tactu, non enim percipit suum obiectum per alterationem realem, & physicam, vt hactenus est probatum: ergo per intentionalem. Dicitur foris hactenus tantum esse probatum à tactu non percipi calorem, verbi gratia, sibi inherentem, non tamen esse ostensum calorem inherentem non esse rationem sentiendi externum: sed hoc eisdem rationibus probatum manet, tum primo in qualitatibus alijs à primis, vt duritie, & mollitie, & cæ. quæ sibi similes non producant in tactu: talium ergo sensatio fiet per species, vel certe per earum modificationem: tum secundo, quia calor, qui sentitur, maior est, quàm qui inheret, vnde non potest ille per hunc senti. Denique vniuersalis ratio est, quòd cuiusmodi qualitates reales nimis materiales sunt, vt per se las possint actuari sensus, efficiere sensationes : ergo per species intentionales id præstat.

6.
Difficultas
suborta ex
d. 21.

Sed hinc difficultas suboritur. Nam si res ita habet, cur calor in inrens organo tangendi non efficit in eo sui species, ac sentitur? Si quidem eas potest efficere in subiecto alio. huius argumenti solutio, & eorum, quæ initio posuimus, pendet ex declaratione modi, quo fit immutatio in his sensibus, præsertim in tactu. Est ergo notandum, qualitates primas, duas vindicare actiones circa organum tactus, aliam naturalem, productionem scilicet sui similis, aliam intentionalem, specierum videlicet: inter quas actiones hic naturalis ordo esse videtur, vt intentionalis supponat naturalem, neque fiat solitarie, non enim tactus calorem percipit, nisi quando actu calefit, quod si- gnum est tunc solum intentionaliter etiam immutari: idque docet experientia, rationem verò à priori non video aliam, quàm quòd hic est naturalis modus, & ordo istarum qualitatium in agendo, fortasse ortus ex imperfectione tum ipsius tactus, qui purè intentionaliter immutari non valet, tum qualitatium tangibilium, quæ species intentionales non nisi per mixtas materiales actioni diffundere possunt: hac igitur de causa calor sui speciem non efficit in subiecto, cui hæret. Quia non potest illud materialiter alterare hac item de causa non potest actus præcipere qualitates, nisi fe-

condum excessum, quia non potest a minori, vel
aquali alterari, & ex consequenti nec intentiona-
liter immutari. Hac denique de causa productio
eiusmodi specierum fit successiva, quia successiva
intenditur, verbi gratia, in organo calor. Non tam-
en ita procedit actio, vt nunquam plus repre-
senter species, quam alteraturum huius organum : op-
positum enim coningere ostendimus supra : op-
cedit ergo actio servata proportionem quadam iux-
ta multitudinem, & intentionem forme agentis,
nam species vtrumque representant, & acproinde
plus valent representare, quasi pro organi ipsius
materiali alteratione. Est etiam successiva productio
eorundem specierum secundum partes di-
versas, ad quas successiva diffunditur caliditas,
& per hac patet solutio ad argumenta initio po-
sita.

CAPVT XXVII

Quenam sine organa sensuum, gustus, & tactus.

DE actibus horum sensuum nihil dicendum superest, præter quæ in communi dicta sunt, & ideo ad organa, & potentias accedendum. Ac de gustu notandum, conuenire Philosophos, eius organum esse linguam. Ita Aristoteles 1. de historia, cap. 11. & 15. 2. de partibus, cap. 17. non tamen intelligere exteriorem partem lingue sensorium esse, sed neruum interiore, ac mollem, dispermillum per interiores lingue partes, teste Galeno lib. 16. de usu partium, cap. 3. ipsa verò pars exterior, vtpote porosa, est instar medij in hoc fenilo, docet Aristoteles lib. 1. de Anima, cap. 10. & 11. Sed de compositione lingue videndus Vesal. 2. de fabrica, cap. 19. & lib. 4. cap. 6.

De organo tactus maius est dubium, quidam
putant esse in corde, alias vero partes corporis ef-
fere medium. Hanc trahunt Aristoteles Nyphus ci-
tato loco de Anima, & Simplicius textu 166. The-
misti cap. 40. & infinuat Aristoteles de sensu,
capit. 2. de iuventute, cap. 2. de somno, cap. 2. & 2.
de partibus, cap. 10. Hac tamen sententia falsa est,
si velit sensum tactus in corde tantum residere,
calor enim in manu etiam, & non semper in cor-
de sentitur, nec est credibile Aristotelem id puta-
sse, sed vix plurimum vigere in corde sensum tan-
gendi. Alij dixerunt sensorium tactus esse neruum
per totum corpus diffusum, qui subest carni, &
cuti. Ita Themisti cap. 39. Albertus tractat. 31. &
34. Auerbois textu 108. D. Thom. lection. 22. Agri-
dus, & Thienensis textu 112. Aristoteles etiam
textu 116. & 2. lib. de partibus, cap. 2. scribit car-
nem esse medium tangendi: intus tamen esse
plurimum sensorium. D. Thom. autem opusculo 40.
c. 3. vult carnem non esse purè medium, sed quo-
dammmodo organum, eo quod in illa fiat appren-
sio rei tangibilis, in nervo tamen integrari iud-
icium: & fere idem ait Auicenna 6. naturalium,
p. 2. cap. 3. Algazel lib. 2. tract. 3. cap. 4. dum aiunt
organum hoc non esse solum carnem, a seculum
neruum, & carnem nervosam. Aliiter tamen opi-
natur Galenus 1. de temperamentis, cap. 10. & 9.
de placitis, cap. 2. statuens organum tactus in cute,
quod fit temperamentum: carnem enim esse nimium
sanguinem, & calidam, neruum frigidum nimis,
exanguem, cutem verò medium se habere modo.
Aliorum denique opinio est omnes partes corporis
esse sensorium tactus, exceptis his, quæ terre-
stres nimium sunt, ac duræ, vel ossæ, dentes, & vin-
gues, experientia namque constat, si nudum os
diuidatur, non sentiri dolorem, quæ enim in his
partibus sentiri creditur, in adiacentibus reuera
sentiri aiunt. Hanc videtur docuisse Aristotel. 1. de
historia,

historia, cap. 4. 2. de partibus, cap. 1. 5. & 8. Alexand. 1. de Anima, cap. de contractu, Philopon. fol. 69. col. 2. Auerrhois 2. Collectaneorum, cap. 8. quæ sententia mihi vetior videtur.

3.
Auctoritas
hypothese.

Probatur.
Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Obiectio
monstratur.

4.
Obiectio tri-
plex contra
conclusionem.

Ad primam.

Ad secundam.

aliunde tamen videntur duriores, quæ ut sensum habere possint: de cerebro porro ait Albertus tactu nullo modo habere, Aristoteles vero 2. de partibus, c. 7. & 10. habere stupidissimum: at Galenus lib. de plenitudine, c. 5. scribit cerebrum, & spinalem medullam inter ea censeri, quæ tactum obtinent, quævis 1. 3. de causis symptomatum, cerebrum appellet organum non sentiens, quod parum sentiat. Jam de nervis, cartilagine, & similibus Aristoteles 2. de partibus, c. 8. indicat ea non sentire, ac similiter c. 7. & 10. de membris exanguibus, & lib. 1. de historia, c. 16. & lib. 3. c. 4. inter exanguia membra hæc numerat: quare in hac re nihil potest certum esse, & ideo in conclusione posui quæ cutem nomine carnis comprehendere, quia intractabili refidet apertius tactus propter moderatum earum temperamentum: alie verò partes magis, vel minus sentiunt, secundum quod magis, vel minus accedunt huic temperamento. Itaque solæ illæ carent tactu, quæ densissimæ sunt, & terrestres.

Quæ pariter
conferuntur
carent tactu.

Tertium argumentum est potissimum fundamentum sententiæ, quam tenuerunt Aristoteles in 2. de Anima, & sequentium illum, putant enim esse impossibile obiectum sensus si contiguum sit organo, sentiri, ita intelligentes proloquii, quod in argumento assumitur, ac sanè ea videtur mens Aristotelis textu 75. 98. & 116. ait enim inter sensum, & obiectum semper debere esse aliquod medium, ea tamē diffinita, quæ in visu, auditu, & olfactu medium sit extrinsecum, id est, corpus distinctum, ut aer, vel aqua, in gustu autem, & tactu sit intrinsecum, nimirum pars aliqua animantis: sed vniuersa, hæc doctrina falsa videtur. Et in primis illud, inter obiectum, & organum debere medium aliquod intercedere: in primis enim contra sibi sentit cutis ut calorem ignis, si intra illum existat, ubi euidens est nihil mediare: in odoratu etiam euaporatio odorifera subit aliquando vsque ad cerebrum, atque adeo vsque ad organum odoratus, ut colligitur ex Aristotele sectione 16. problematum, q. 5. & de sensu, & sensibili, cap. 2. & 5. tunc verò etiam sentitur odor: sonus quoque vehemens prope aures, realiter illat: ut vsque ad membranam, & fortasse per poros vsque ad auditum, & tamen percipitur. De gustu patet euidētius, ait siquidem Aristoteles textu 104. ad aporem percipiendum requiri humiditatem, ut gustabile humefcat, & in substantiam quodammodo liquidam abeat, ut subiret poros linguae vapor deferens saporem, quo melius queant tactum immutare: ergo licet subintrent ipsum organum melius immutabunt. Hinc humor salivæ datus à natura, ut scilicet cibos humefcet: hinc etiam caro linguae porosa est, quo sapor facile subintrent, ut Aristoteles ibidem ait, & 1. de historia, c. 15. & 2. de partibus, c. 17. ac D. Thomas, & alij, vnde & ipsius linguae humectatio requiritur, quæ rarior, solutiorque fiat: contrariaque ratione infirmi attente lingua saporem non percipiunt: hinc denique ciborum comminutio, quod integri ad organum vsque penetrare nequeant: constat ergo gustabile quoque melius percipi, quando realiter ad gustum pertingit: illud ergo proloquium falsum est, quod ratione etiam ostenditur, nam ad sentiendum requiritur obiecti applicatio, ut immutet sensum per species: hæc autem immutatio non impeditur, esto obiectum contiguum sit organo: quare, &c. atque ita frequentius opinantur scriptores, infirmatque D. Thomas 1. p. quæst. 78. art. 3. ad 4. & in 2. dist. 2. q. 2. art. 2. ad 4. & 2. de Anima, lectione 14. Caietan. ibidem, Albertus secundum de homine, tract. de tractu q. penult. & 2. de Anima, tract. 3. c. 1. Duran. in 2. d. 13. q. 2. n. 10.

Pro 3. argu-
mento opinio
falsitas
sensibile su-
pra sensum
non sentiri.

Oppositum
verum probat
ur induc-
tione per
externos
sensus.

Probatur
etiam ratio.
ne.

Et auctori-
tate.

6.
Corollarium

Contra conclusionem autem sunt argumenta aliarum opinionum. Primum est auctoritas Aristotelis, secundum quia multa animalia tactu habent, non tamen carnem, ut exanguia, de quibus Aristoteles 4. de historia, c. 3. 1. Tertium ex Aristotele, quia sensibile super sensum non causat sensationem, sed calor super cutem, & carnem positus sentitur: ergo non à cute, sed ab interno organo fit sensatio. Ad primum respondetur Aristotelem mutasse sententiam, nam prius scripsit libros de Anima, quàm de animalibus, ut ordo illorum docet, vnde in posterioribus sæpe citat priores. Secundum argumentum etiam militat contra arguentes, sunt enim multa animalia habentia tactum, quæ nervum illum non habent: dicendum ergo cum Aristotele in eiusmodi animalibus aliquid proportionale carni esse organum tactus, ut paula explicatur, quod magis exprimit 1. de historia, c. 4. & 2. de partibus, cap. 1. Albertus 2. de Anima, iniquiens additum proportionale propter animalia, quæ carnem non habent, tum etiam propter partes alias, quæ caro non sunt, sed carni similes, aut ei commixtæ, ut dentes, quos ait sentire iuxta Galenum & Aristotelem sect. 34. problematum, q. 2. & 3. quod fortè verum est, atque experientia consonum,

bus intercedit necessarium medium intrinsecum, ut ex dictis liquet, nec in reliquis semper intercedit extrinsecum, aut ipsi tantum valent per medium extrinsecum sentire, nam tactus quoque sentire potest calorem rei distantis, immutari quoque per aerem, aut corpus aliud. Nec dicas tunc etiam medium intrinsecum immutari, nam quando sola cutis percipit calorem ignis, solum ibi est medium extrinsecum. Item adducta differentia non saluatur, nam visus quoque cum intrinseco medio simul, & extrinseco intuetur, gustus tamen, quoniam sapor qualitas actiua non est, non immutatur fortasse per medium extrinsecum, nisi dicatur aerem in poris linguae, medium extrinsecum esse: adde quod nec proprium sit harum duarum facultatum sentire per medium intrinsecum, id enim vendicat etiam auditus, & visus.

Secundo colligitur, quam verum sit dictum proloquium, si namque intelligatur sensibile inherens organo sensus, ab eo non sentiri verum est, atque in auditu, olfactu & gustu patet, cum sensibilia eorum inepta sint adherere organo, sonus scilicet tantum inest aeri, odor verò, & sapor, quia actiuae qualitates non sunt, subiectum sibi non disponunt, sed sibi accommodatum supponunt, qualia non sunt odorandi, gustandi que organa, tactus deinde qualitatem sui organi non percipit propter rationes supradictas: visus denique non percipit lumen existens in pupilla, quia illius speciem non recipit. Et haec est vniuersalis ratio, quia obiectum inherens organo non actuatur sensum intentionaliter. Quod si proloquium velit sensibile contiguum sensui ab illo non percipi, in rigore verificatur solum in visu, eo quod ad videndum requiritur obiectum illuminatum, non potest autem illuminari nisi per medium: quia si forte obiectum contiguum visui ponatur, aut ipse laedetur, aut clauduntur palpebrae. Lumen tamen interni medij, attiguique visui fortasse conspicitur per medium medij, sicut supra diximus de lumine externi aeris. In alijs porro quatuor sensibus, nec proloquium habet verum, nec ratione probatur. Dices, obiectum debet immutare sensum per species intentionales: ergo medium requiritur, in quo species reddantur quodammodo spirituales. Neganda tamen consequentia, species enim non sunt intentionales ex medio, sed quia obiectum vim habet illas producendi, sensusque illarum est capax.

Tertio colligitur quodnam sit medium gustus, & tactus, nam per se loquendo, nullum est necessarium, licet aliquando intercedat. Respectu quidem tactus id omne est medium quod potest recipere primas qualitates: alijs verò quae primae non sunt, ut durities, &c. non quodlibet tale medium deseruit, nam nec per aerem posset sentiri durities, nec item per corpus aliud nimis durum: nullus enim tangeret duritiem lapidis tangendo ferrum. Ita Aristoteles 2. de Anima, textu 108. corpora dura se immediate non tangere, tactus autem in corpore duro est: ergo non potest tangere durum aliud sine medio. Assumptum tamen est falsum, possunt enim duo corpora solida immediate se tangere, & maxime in aere, lapis enim super terram cadens eam immediate tangit cum non detineatur in aere. Vide Thienensem textu 113. Apollinarem q. 31. art. 1. Idem & in aqua patet,

possunt enim duo corpora ita esse coniuncta sub aqua, ut nihil eius interiaceat: si tamen corpus solidum sub aqua existat, corpus cadens (ait Aristoteles) illud non tangeret immediate, quod forte ita euenit, quia aqua, ut pote fluida facile adheret corpori. De gustu fortasse verum, non posse percipere obiectum nisi realiter coniunctum, eo quod sapor quatuor actiua non sit, sed potius nimium materialis, ideoque diffusiva specierum non videatur, citra materialem contactum, imò requiritur vterius quod gustabile fricetur intra os, quodque humectetur salua.

Quarto collige ex dictis, horum sensuum notiones: gustus ergo definitur qualitas perceptiva saporum relictis in nervo linguae tanquam in proprio organo: tactus vero est qualitas cognoscitiva tangibilium qualitatum relictis toto fere corpore animantis. Et haec de singulis sensibus exterioribus dixisse sufficiat.

CAPVT XXVIII.

De numero exteriorum sensuum in se, & in ordine ad subiecta in quibus iunt.

Postquam dictum est de sensibus exterioribus, singulatum agendum superest de eorum sufficientia. At primò sint ne plures, vel pauciores, quam quinque. Deinde quot eorum singulis animalibus insint. Circa primum fit conclusio. Quinque tantum sunt exteriores sensus. Probat ex 1. Consequenter, & ratione, nam quinque sunt sensibilia, quae per se primò immutant diuerso modo sensus: nec eorum aliquod plusquam ab vno sensu exteriori percipi potest: tot ergo erunt sensus eis correspondentes. Antecedens explicat Diuus Thomas 1. p. q. 78. art. 3. hunc in modum. Obiectum sensibile per se & proprie est immutatum sensus: ergo diuersa ratio sic immutandi diuersum sensibile constituet, & ex consequenti diuersum sensum postulat. Porro dicta immutatio quinque modis variatur, quoddam enim obiectum immutat sensum pure intentionaliter, ac sine mixtione materialis actionis, & huiusmodi est obiectum visibile: aliud immutat intentionaliter, facta tamen materiali immutatione in ipso obiecto, idque dupliciter, nam vel ea materialis immutatio est tantum latio, & sic constituit obiectum audibile, vel est etiam alteratio, & sic constituit odorabile, quod ordinariè prius calefit, quam immutet potentiam. Aliud tandem est obiectum intentionaliter etiam immutans admixta simul materiali immutatione subiecti, seu organi, quod adhuc dupliciter potest contingere, nam vel materialis hac immutatio est per eandem qualitatem sensibilem, & ita constituitur obiectum tangibile, vel per diuersam aliam, & ita constituitur gustabile: illius enim immutationi intentionali admisceatur realis humectatio: hoc ergo modo distinguuntur quinque sensibiles, & consequenter sensus quinque. Deductio hac D. Thomae est quidem probabilis, neque in tali materia succurrat ratio euidens, solum aduertatur, licet materialis immutatio per accidens admisceatur intentionali: ex coniunctione tamen ferè inseparabili ipsius cum intentionali, rectè argui diuersitatem eiusdem intentionalis, nam quo magis talis immutatio admixta est actioni materiali, eo imperfectior deprehenditur, quo verò est purior, eo est perfectior.

Porrò discursus hic, siue argumentum probat optimè non esse pauciores sensus, quam quinque: optime non esse probatur à forma, quia forma, seu modus alius immutandi non inuenitur. Item à subiecto, quia praeter quinque organa istorum sensuum nullum experimur aliud. Item à fine,

7.
2. Corollarium.

Sensibile
inherens
organo non
sentitur.

Contiguum
autem sensui
ab
alijs sensibus
præter visum.

8.
3. Corollarium.

SVAREZ
de Angelis, opus
6. de anima et
anima.

ETOM TOM
II III
I II III
I II III

D. V. 2